



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Franciscvs Borgia C. 1. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

manus virgis immaniter lacerassent. Addidit alterum ipse supplicium compedes, quibus lubens volens libertatem sibi ademit. Ita ligatus vicit tamen quoties cum dæmone fuit (& sæpè fuit) pugnandum. Victorem coronavit crux celo delapsa, & caput multo splendore ambiens, quam ille ita salutavit: *Agnosco gloriosa militie mea signa.* Morienti Angeli, imò Christus præsto fuit. Certè suprema verba **BAVONIS** illa feruntur: *Christo adventanti quid nisi obviam exis anima? Ex Surio.*

B. FRANCISCVS BORGIA C.

1. Octobris.

Non priùs **FRANCISCVS** patrem naut matrè quàm **IESVM** & **MARIAM** balbutiens salutavit. Puer vel facientem vel dicentem Sacerdotem æmulatus est. Iuvenis gynæceum non nisi cilicio armatus adit, reputans se toties hosti loqui, quoties fœminæ. Iam **Gandiæ Dux** & **Gothalanæ Prorex**, pervetustum familiæ morem annum patronum fortiendi in menstruum vertit, eumque in Societatem postea, & Marianos cœtus invexit; ipse tunc patroni die pauperes mensæ suæ minister adhibuit. At verò cum illud formæ miraculum (**Isabellam Augustam**) in Sandapilâ attentius considerasset, honorum titulos ut certissima

M m 3 mor

mortis spolia ultrò abjecit, & in Societatem IESV (cui universæ deinde præfuit) se abdidit, dicere abhinc solitus, tum vivere se cœpisse, cum desisset Ihabella. Corpus tam durè habuit, ut duplicari jam & indumenta & cutis possent. Ad Purpuram non semel oblatam tam erubuit, ut alii ad hujus repulsam solent. MARIÆ, quam D. Lucas depinxit, effigiem primus æri incisam spargi per omnem orbem curavit. Hanc cum aspiciebat, *Mihi, aiebat, Virgo hæc onus gesat, mihi lac MATRIS, mihi FILII bullit sanguis.* In vitam suam inquisivit horis singulis, reum ad Sacerdotis pedes bis quotidie se egit, quin neque voce neque literis alium lequàm *Franciscum peccatorem* prætulit. Sed talem peccatorem anno M. DC. XXIV. Urbanus VIII. Pont. Beatum dixit. *Ex vitâ.*

S. LEODEGARIUS EP. M.

2. Octobris.

Nemo pulchrius in hostem suum, quàm Pont. Augustodunensis LEODEGARIUS movit, ut qui huic cum sacris è templo signis obvius ivit, victoriam rarus sub his vinci. Captus itaque tunc demum Christianâ se libertate potitum credidit. Carcerum tenebris additus igne è celo missio respenderit. Oculis orbatus primùm Martyrenam